

Nomina autem virorum qui huic placito iudices aut auditores interfuerunt sunt ista :

De clericis : Gaufridus episcopus Andecavensis, Marbodus archidiaconus, Gaufridus thesaurarius, Gaufridus cantor, Rainardus canonicus, Willelmus canonicus Tira Musca, Heudo Blancardus, Rotbertus presbiter dictus Palefredus, Balduinus presbiter de Alodis.

De monachis : dominus abbas Girardus, Stephanus, Albericus, Helinannus.

De laicis : Babinus de Raiis, Bartholomeus prepositus, Guido Guinemarus, Andefredus filius ejus, Giraudus filius Andefredi, Matheus filius Iterii, Mauricius de Iscarbrot, Rainaldus Burgevinus, Paganus filius Fulberti, Huebertus monetarius, Andreas Babron, Gaufridus Tancredus, Gaufridus Calvus de Balgineo, Paganus de Schimiriaco, Gaufridus de Coloniis, Tetbaudus de Sancta Maria, Gausbertus Banerius, Ingelbertus Porta Carnem, Rainaldus Bella Testa de Braca Sac.

De familia monachorum : Aldulfus prepositus, Hilarius frater ejus, Warinus frater ejus, Aimarus Malspetit, Arnaldus Brion, Gervasius filius Landrici Vituli.

Qui vero cum Roaldo fuerunt sunt isti : Gausbertus de Porta, Odo de Calge, Gaudinus de Grolet, Normannus Florentinus, Drogo de Calviniano.

cciv. (P. 4.) — 1039-1055. — GODEFROY DES ALLEUDS DEMANDE A ÊTRE MIS EN POSSESSION, SA VIE DURANT, DE LA COUTUME DU BORDAGE QU'IL TENAIT DE SAINT-AUBIN AUX ALLEUDS.

*Carta de consuetudine quam dimiserunt monachi Sancti Albini de uno bordagio terre Godefredo apud Alodos.*

[67] Godofredus de Alodis tenebat unum bordagium ad costumam, requirens humiliter ad abbatem Walterium et monachos ut ei in vita sua pro misericordia consuetudinem terre perdonarent sine decima et terragio, ita ut post decessum suum in dominium Sancti Albini redeat sine contrarietate filii vel filie.